mnipotens sempiterne dirige actus in beneplacito tuo. ut in no
mine dilecti filii tui mereamur bonis actibus habundare.
oncede qs omnipotens deus ut intercessio nos sancte dei genitri
cis semper que uirginis marie. sanctarum que omnium celestium uirtutum
et beatorum patriarcharum prophetarum apostolorum. martirum. confessorum atque
uirginum et omnium electorum tuorum ubique letificet. ut dum eorum me
rita recolimus. patrocinia senciamus.
cclesie tue domine preces placatus admitte. ut destructis aduersita
tibus et erroribus uniuersis. secura tibi seruiat libertate.
mnipotens sempiterne deus qui facis mirabilia magna solus. pre
tende super famulos tuos et super cunctas congregationes illis com
missas spiritum gracie salutaris. et ut in ueritate tibi complaceant perpetu
um eis rorem tue benedictionis infunde.
neffabilem misericordiam tuam nobis domine deus clementer ostende. ut simul
nos a peccatis omnibus exuas. et a penis quas pro his meremur eripias.
idelium deus omnium conditor et redemptor. animabus omnium fide
lium defunctorum remissionem cunctorum tribue peccatorum. ut indul
genciam quam semper optauerunt piis supplicationibus consequantur.
mnipotens sempiterne deus qui uiuorum dominaris simul et mortuorum
omnium que misereris quos tuos fide et opere futuros esse prenoscis
te suppliciter exoramus. ut pro quibus preces effundere decreuimus
quos uel presens seculum adhuc in carne retinet uel futurum iam
exutos corpore suscepit. pietatis tue clemencia delictorum suorum om
nium ueniam et gaudia consequi mereantur eterna. Per dominum.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_39/0039